

utrumque simul habere vales, perdes utrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur Deus sic: „ipsi regnaverunt, et non ex me; principes exstiterunt, et ego non cognovi”. Iam si regnare sine Deo iuvat, habes gloriam, sed non apud Deum. At si interdictum tenemus, audiamus edictum: „qui maior est vestrum, fiat sicut iunior; et qui praecessor est, sicut qui ministrat”. Forma apostolica haec est: dominatio interdicatur, indicatur ministratio, quae et commendatur ipsius exemplo Legislatoris, qui secutus adiungit: „ego autem in medio vestrum sum, tanquam qui ministrat”. Quis se iam titulo hoc inglorium putet, quo se prior Dominus gloriae praesignavit? Merito Paulus gloriatur in eo, dicens: „ministri Christi sunt, et ego”. Et addit: „ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter”. O praeclarum ministerium! Quo non id gloriosius principatu? Si gloriari oportet, forma tibi sanctorum praefigitur, apostolorum proponitur gloria. Parvane tibi illa videtur? Quis mihi tribuat similem fieri in gloria sanctorum? Clamat propheta: „mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum”. Clamat Apostolus: „mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi!”.

12. Hoc glorieris opto semper optimo genere gloriae, quod apostoli, quod prophetae delegere sibi, transmisere tibi. Agnosce haereditatem tuam in Christi cruce, in laboribus plurimis. Felix qui dicere potuit: „plus omnibus laboravi”. Gloria est, sed nil in ea inane, nil molle, nil resupinum. Si

Este clar că îți sunt oprite ambele <simultan>¹³⁴. Dacă vrei să le ai pe amândouă simultan, le vei pierde pe fiecare. Altminteri, să nu crezi că vei lipsi din numărul celor despre care se plânge Domnul astfel: „ei au stăpânit, și nu după <voia> mea; și-au pus căpetenii și eu nu am știut”¹³⁵. Dacă îți place să stăpânești fără Dumnezeu, ai glorie, dar nu în fața lui Dumnezeu. Dar, dacă respectăm interdicția, să dăm ascultare edictului: „cel care este mai mare între voi să se facă asemenea celui mai tânăr; și căpetenia să fie asemenea celui care slujește”. Acesta este modelul apostolic: este interzisă dominația, este impusă slujirea, care este și recomandat prin exemplul Dătătorului însuși al legii, care adaugă în continuare: „eu însă mă aflu în mijlocul vostru precum cel care slujește”¹³⁶. Cine ar crede că prin acest titlu, prin care mai înainte Domnul și-a arătat gloria, el <trebuie să> fie lipsit de glorie? Pe bună dreptate, Pavel își află o glorie în acest fapt, spunând: „ei sunt slujitorii lui Christos: așa și eu”. Și adaugă: „ca un prea puțin înțelept spun: cu atât mai mult eu. În osteneli de cele mai multe ori, în închisori mai cu prisosință, în bății cu asupra de măsură, la moarte deseori”¹³⁷. O, strălucită slujbă! Ce domnie nu este mai glorioasă decât aceasta? Dacă se cuvine să îți afli gloria, modelul sfinților ți se prefigurează, gloria apostolilor lor ți se propune. Oare pare ea neînsemnată pentru tine? Cine să îmi dea mie să ajung la o glorie asemănătoare cu a sfinților? Strigă profetul: „iar eu i-am cinstit foarte mult pe prietenii tăi, Dumnezeule, și foarte mult s-a întărit stăpânirea lor”¹³⁸. Strigă Apostolul: „departe de mine însă a-mi căuta glorie <altundeva> decât în crucea Domnului nostru Iisus Christos!”¹³⁹.

12. Îți doresc să te slăvești întotdeauna cu acest optim fel de glorie, pe care profeții și l-au atribuit lor, <iar> apostolii ți l-au transmis ție. Recunoaște moștenirea ta în crucea lui Christos, în osteneli de cele mai multe ori. Fericit cel care a putut spune: „am muncit mai mult decât toți”¹⁴⁰. Este

labor terret, merces, invitet. „Unusquisque enim secundum suum laborem mercedem accipiet.” Et si ille plus omnibus laboravit, non tamen totum elaboravit, et adhuc locus est. Exi in agrum Domini tui, et considera quantis hodieque de veteri maledicto silvescat spinis ac tribulis. Exi, inquam, in mundum: ager est enim mundus, isque creditus tibi. Exi in illum, non tamquam dominus, sed tanquam villicus, videre et procurare unde exigendus es rationem. Exi, dixerim, quibusdam tuae passibus intentae sollicitudinis et sollicitae intentionis. Neque enim ipsi qui iussi sunt ire in orbem universum, orbem circuierunt praesentia corporis, sed mentis providentia. Et tu leva oculos quosdam considerationis tuae, et vide regiones, si non sunt magis siccae ad ignem quam albae ad messem. Quam multae, quas putaveras fruges, diligenter inspectae, vepres potius apparebunt? Immo ne vepres quidem: annosae et veternosae arbores sunt, sed non profecto fructiferae; nisi forte glandium aut siliquarum, quas porci manducant. Quousque occupant terram? Nonne, si exis et cernis ista, pudebit otiosam iacere securim, pudebit sine causa falcem apostolicam accepisse?

13. In hunc quondam agrum Isaac patriarcha exierat, cum primo Rebecca occurrit ei, et, ut Scriptura habet, „exierat ad meditandum”. Ille ad meditandum, tu ad exstirpandum egrediaris necesse est. Tibi iam praecessisse meditatio debet: tempus faciendi prae manibus. Si nunc haesitare incipias, id quidem sero. Ante, iuxta consilium Salvatoris, sedisse debueras, ante aestimasse opus, metiri vires, ponderasse sapientiam, merita comparasse, sumptus computasse virtutum. Age ergo, puta tempus putationis adesse, si tamen meditationis praeivit. Si cor movisti, movenda iam lingua, movenda est

Respectiv, **glorie, dar nimic** nu este în ea deșertăciune, comoditate, vanitate. Dacă munca te sperie, răsplata te invită. „Căci fiecare își va primi răsplata potrivit muncii sale.”¹⁴¹ Și chiar dacă acela s-a ostenit mai mult decât toți, totuși nu a lucrat totul și încă mai este loc. Ieși pe ogorul Domnului tău și ia în considerare cât de mult se îndesește în spini și în măracini, de la blestemul strămoșesc până astăzi. Ieși, spun, în lume: căci ogorul este lumea și aceasta îți este încredințată ție. Ieși în acea lume, nu ca un domn, ci ca un administrator, pentru a vedea și a te îngriji de unde trebuie să ceri socoteală. Ieși, aș spune, cu pașii unei neliniști atente și ai unei atenții neliniștite. Căci nici înșiși cei cărora li s-a poruncit să meargă în lumea întreagă nu au înconjurat lumea cu prezența lor corporală, ci cu previziunea minții lor. Așa și tu, ridică-ți acei ochi ai considerării tale și vezi ținuturile, dacă nu sunt mai degrabă uscate pentru foc decât strălucitoare pentru secerat. Cât de multe din cele pe care le crezuseși roditoare, odată cercetate atent, vor părea a fi mai degrabă măracini? Ba nici măcar măracini: sunt copaci vechi și lănceziți, dar cu siguranță nu plini de roade; poate doar ghindă sau roșcove, pe care le mănâncă porcii. Până unde cuprind pământul? Oare nu cumva, dacă ieși și le cercetezi, te vei rușina că securea ta se odihnește, că ai primit fără rost secera apostolică?

13. Pe acest ogor ieșise odată patriarhul Isaac, când i-a ieșit în cale pentru prima oară Rebecca, și, după cum spune Scriptura, „ieșise pentru a medita”¹⁴². Acela ieșise pentru a medita, tu trebuie să ieși pentru a extirpa. În cazul tău, meditația trebuie să fi precedat deja <acest act>: momentul potrivit pentru a-l face este în mâinile <tale>. Dacă începi să eziți acum, va fi de bună seamă prea târziu. Potrivit sfatului Mântuitorului, trebuia să fi șezut mai înainte, să fi apreciat lucrarea mai înainte, să îți fi măsurat forțele, să îți fi cântărit înțelepciunea, să îți fi pregătit meritele, să îți fi

et manus. Accingere gladio tuo, gladio spiritus, quod est verbum Dei. Glorifica manum et brachium dextrum in faciendo vindictam in nationibus, increpationes in populis, in alligando reges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis. Si haec facis, honorificas ministerium tuum, et ministerium te. Non mediocris iste principatus. Exturbare est hoc malas bestias a terminis tuis, quo greges tui securi in pascua educantur. Domabis lupos, sed ovibus non dominaberis. Pascendas utique, non premendas sucepsisti. Si bene considerasti quis sis, haec te oportere facere non ignoras. Porro scienti et non facienti, peccatum est tibi. Non es oblitus ubi legeris: „servus sciens voluntatem domini sui et non faciens digna, plagis vapulabit multis”. Sic prophetae, sic apostoli factitabant. Fortes fuere in bello, non molles in sericis. Si filius es apostolorum et prophetarum, et tu fac similiter. Vindica tibi nobile genus similibus moribus, quod non aliunde nobile, quam morum ingenuitate, et fidei fortitudine fit. Per hanc vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Hoc chirographum paternae tuae haereditatis, quod tibi evolvimus, ubi inspicias portionem quae te contingit. Induere fortitudinem, et haereditasti. Posside fidem, posside pietatem, posside sapientiam, sed sapientiam sanctorum, – ipsa est timor Domini –, et habes quod tuum est. Habes sine defraudatione integrum paternum fundum. Pretiosissimus fundus virtus est. Bonus fundus humilitas, in quo omne aedificium spirituale constructum crescit in templum sanctum in Domino. Per hanc nonnulli possedere etiam portas inimicorum. Quae enim virtutum aequae potens daemonum debellare superbiam, tyrannidem hominum? Ceterum cum omni indifferenter personae haec sit quaedam turris fortitudinis a facie inimici; nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, et in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidior gemma, in omni

Respectă calculul cheltuielilor puterilor. Hai, aşadar, gândeşte-te că a venit timpul să cureţi, dacă totuşi cel al meditaţiei i-a premers. Dacă ți-ai pus în mişcare inima, trebuie pusă deja în mişcare limba, trebuie pusă în mişcare şi mâna. Încinge-te cu sabia ta, cu sabia spiritului, care este cuvântul lui Dumnezeu¹⁴³. Oferă glorie mâinii şi braţului drept aducând pedeapsă asupra neamurilor şi dojeni asupra popoarelor, legându-i pe regii acestora în obezi şi pe nobilii lor în cătuşe de fier. Dacă faci acestea, atunci îţi cinsteşti slujba şi slujba te cinsteşte pe tine. Nu este aceasta o conducere de rând. Aceasta înseamnă să alungi fiarele rele dincolo de hotarele tale, pentru ca turmele tale să fie scoase în siguranţă la păscut. Vei îmblânzi lupii, dar nu vei domina asupra oilor. Le vei lua sub protecţia ta pentru a le păstori, nu pentru a le oprima. Dacă ai luat bine în considerare cine eşti, nu vei ignora că trebuie să faci acest lucru. Apoi, dacă ştii şi nu faci, acesta este pentru tine un păcat¹⁴⁴. Nu ai uitat unde ai citit: „slujitorul care cunoaşte voia stăpânului său şi nu le împlineşte pe cele demne <de el> va suporta multe lovituri”¹⁴⁵. Aşa făceau profeţii, aşa <şi> apostolii. Au fost puternici în război, nu slabi în mătăsurii. Dacă eşti fiu al apostolilor şi al profeţilor, fă şi tu la fel. Revendică-ţi originea nobilă prin comportamente similare; căci nobleţea lor nu vine de altundeva decât din caracterul ales al moravurilor şi din tăria credinţei. Prin acestea au biruit împărăţii, au împlinit dreptatea, au dobândit făgăduinţele¹⁴⁶. Aici se află actul moştenirii tale paterne, pe care l-am desfăşurat pentru tine, unde poţi vedea partea care te priveşte. Începe să înveşmântează-te în putere, şi ai primit moştenirea. Să ai credinţă, să ai pietate, să ai înţelepciune, dar înţelepciunea sfinţilor care este teama de Domnul, şi ai ceea ce este al tău. Ai fără de ştirbire întreaga avuţie paternă. Cea mai de preţ avuţie este virtutea. O bună avuţie este umilitatea, în care orice este construit ca edificiu spiritual creşte în templul sfânt în Domnul. Prin